

CLARISSIMO DNO. RESPONDENTI  
AVCTORI  
M. PETRO KVNZIO

S. P. D.

PRAESES

**E**X quo a Viris Clarissimis STVBELIO, SCHREBE-  
RO, SILLIGIO, de literis Scholisque bene meritis,  
recte expolitus in nostratam Academiam re-  
ceptus es, statim ob compositos mores tuos omnium  
animos, inprimis Patrum, tibi conciliasti, et quae  
Misenenses illi, ingenui laudum testes, de vitae in-  
tegritate et cultu ingenii tui praedicarunt, re ipsa  
nobis comprobasti, hasque praeclaras animi dotes  
toto studiorum cursu, quem hic per quadriennium  
tenusti, sine dedecore etiam servasti. Illud autem  
inprimis ad laudem tuam pertinet, quod literas,  
in quibus tota humanitatis et elegantiae ratio po-  
sita est, summo studio quotidie excolas, recondi-  
tamque dicendi artem, a fratre meo, nunc diuo, co-  
piose